# Feria secunda ipso die Festi Conversionis Sancti Pauli Apostoli, anno Domini millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo. 25/I

## Ossolinscy Compromissum inscribunt.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premislien. Magnificus Georgius de Tenczyn Castellanides Petricovien., ex Gnosa Anna Kornieactowna procreatus et Stanislaus de eadem Tenczyn, ex Gnosa Catherina Starzechska secundi Voti, Magnifici Nicolai de Tenczyn Ossolinski Capitanei Przysnien. Ossolinscy procreati filii, sani mentibus corporibusque existentes, a Terris districtibus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedentes, fori vero Castren. Capitan. Premislien. Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum tenore suo pro interesse recognoverunt, Quia ipsi consulendo Reputationi Domus et familiae suae coniunctissima cupiant incrementa, et ornamenta, experientiaque quotidiana edocti, quod Communio rerum, Mater sit discordiarum, Ideo cavendo, ne ex occasione Divisionis Bonorum post Mortem Magnifici olim Nicolai de Tenczyn Ossolinski [illegible] Capitanei Przysnien. parentis sui derelictorum

ex Lites interveniant, eos pensato non posse esse in malis
magis adaequatem adhibere modum, nisi per amicabilem
compositionem mediante infrascriptorum amicorum Iudicum
quorum Integritatem verorumque gerendarum experientia, et erga
se Recognoscentes optimam voluntatem probe cognitam habent
Id circo Illustres et Magnificos et Generosos Franciscum et
Lubowla Lubowiecki [illegible], Sunen Lipnicensis Capitaneum
et Marynum de [illegible] Comitem in [illegible] Premi-
misliensis et Iudicem Deputatum Tribunalis Regni Castel-
lanos, tum Reverendissimum et Generosos Stanislaum a Bronikow
Bronikowski Canonicum et officialem Premisliensem, Mathiam
Stanislaum de Orchow Orzechowski Iudicem Terrestrem Sanocensem
Alexandrum de Jastkow Jastkowski Subiudicem Terrae, Sta-
nislaum Tarnowski, Pincernam et Vicepalatinum, Georgium
de Trochowce Trochowski Venatorem Terrae Premisliensis
Mathiam Zaleski Marschalcum Ordinarium Joannem
Tomislawski, Adamum Gorski Camerarium Terrae Pre-
misliensis, Stanislaum a Drohojow Drohojowski Lubo-
micum Kleczynski, in Compromissarios Iudices simul et se-
mel utraque pars eligit constituit et ordinat dando et con-
cedendo ipsis Illustribus et Magnificis Reverendissimis et Generosis
Compromissariis iudicibus omnes differentias quascumque ex occa-
sione Bonorum fructuum et pensionum [illegible] possessionis ex
aperiendi, probationes, allegationes per partes introductas
auscultandi, pluralitate votorum ipsorum amicorum
mediante, aliquorum vero absentia non obstante, sopiendi
definiendi et sententia sua in scripto prius promulganda
et exequenda finaliter decidendi; Ita ut nobis Recognoscentibus
nulla

[illegible]

Collat° cum Orig.li Ostrowski a Pagina 2163. ad Paginam 2168. die 22 Aprilis 1798. per Kochlewski

2162
1274
888

2162
1274
321
953